



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 122. Turnonii epistola ad eundem Episcopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII testati fuissent, quod hic Missionarius
 A. C. 1706. nullas turbas concitasset, nec unquam
 ex hac Provincia ejectus fuisset: Hæc
 supplicia decernebantur, promulgata
 Imperatoris edicto, quod mox reser-
 remus.

§. CXXII.

Turnonii epistola ad Maigrotum.

Fatinell. l. c. Postquam Turnonius ab Aula die
 gesima tertia Augusti Cantone-
 juxta Imperatoris mandatum profectus
 paraverat, prius ab eodem amplius
 cunctas Missiones lustrandi veniam de-
 tinuit, qua tamen postmodum revo-
 cata, nonnisi in itinere obvias visitas
 permixtus est: Nondum ad Cantone-
 sem urbem appulerat, cum Maigrotum
 Episcopum acerbissimis vexationibus
 contumeliis atque injuriis affectum
 insuper vinculis adstrictum atque
 Imperio exulare jussum comperisset
 quapropter die sexta Octobris ex
 Lin-Chin ad eundem tanquam laboran-
 tum & passionum socium, atque
 resignatum has dedit literas:

„Inter navigationis otia mente
 „pius revolvens ea, quæ posterioribus
 „Mensibus ante meum discessum isthinc
 „præter expectationem contigerant
 „nescio an doloris vel gratulationis

„Officiis ad Dominationem tuam illust- Sæc. XVII.
 „rissimam animum meum conver- A. C. 1706.
 „tam. Flendum quippe est super Epi-
 „scopo pro religione captivo; non tam
 „propter captivitatem, quam propter
 „persecutionem, & eo amarius, quo
 „magis inauditum, quod pro custodi-
 „bus habeat suos Accusatores, hosque
 „Religiosos. Sed ubi Spiritus Dei,
 „ibi libertas; cum gaudio legimus bea-
 „tos, qui propter veritatem & justitiam
 „persecutionum sustinent tormenta.
 „Horrescent aures piæ audiendo, quod
 „Ecclesiastici Pastores a suis provocen-
 „tur Adjutoribus ad gentiles, tan-
 „quam ad Judices de arcanis Christia-
 „næ legis; & quidem concitato prius
 „istorum odio ad fraudes & injurias
 „non minus in Religionis, quam Epi-
 „scopalis Dignitatis contemptum. Quæ
 „enim Participatio Justitiæ cum iniqui-
 „tate, aut quæ Societas Luci ad te-
 „nebras? Neglecto tamen persecutionis
 „auctore nonne exultans canit Ecclesia:
 „ibant Apostoli gaudentes a conspectu
 „consilii, quoniam digni habiti sunt,
 „pro Nomine Jesu contumeliam pati,
 „quæ igitur Ecclesia Dei sacra Exul-
 „tatione commemorat, cum mærore
 „tractabimus? Etenim pro Nomine
 „Jesu patitur, qui pro gloria & Sancti-
 „tate Evangelii convitia reportat, atque

Hb 3

„ad

Sæc. XVII. „ad vindicandum divinum cultum
 A. C. 1706. „inquinamentis superstitionum, &
 „verbis mendacii legitime certat, nulli
 „molestiarum aut injuriarum affectu
 „territus. Qua sane laude Zelus De-
 „minationis tuæ, Apostolico Brevi
 „per a me allato, non tam commes-
 „datur quam præmunitur. Quomodo
 „hominum figmento ea tibi poterit
 „quam auferri? „

„Dicere lætanter potes: loquuti sunt
 „adversum me lingua dolosa, & le-
 „monibus Odii circumdederunt me
 „cumque loquebar illis, impugnabam
 „me gratis, gratis siquidem, qui sine
 „crimine impugnaris, qui impugnat
 „ut noxius, cum sis in confessione læ-
 „dabilis. Sed qui insurgunt in te, con-
 „fundentur, & videbis Sapientes
 „eorum stultitia comprehensos; justus
 „autem lætabitur, scriptum est enim
 „perdam Sapientiam Sapientium
 „Prudentiam prudentium reprobat
 „Si quæ vero Prudentia est damna-
 „lis, ea utique, qua per vim & insidias
 „vitia sua tegere, noxia pro bonis
 „falsa pro veris ostendere quidam
 „tuntur; & quæ si dicerentur, a se facta
 „puderent, per alios subdole patris
 „gloriantur. „

„Inauditum sane consilium in me
 „tem cadit istorum prudentum, pro-
 „bat

„batæ scilicet vitæ testimonia, non ope- Sec. XVII.
 „rum præstantia, sed minarum vi & A. C. 1706.
 „vexationibus exigendi a Visitatore
 „Apostolico, & ab eo extorquendi, metu
 „humanæ Potestatis interposito, ut
 „integerrimi Episcopi famam eorum
 „damnatis Praxi & opinionibus infensi,
 „calumniis inficerent apud summum
 „Pontificem. Nonne in his confunde-
 „tur eorum Stultitia? Hujus etiam
 „Naturæ est tartarica illa expeditio;
 „qua ad novum violentumque Domina-
 „tionem tuam traxere certamen, in
 „quo Victor remansit captivus; in quo
 „vulnera non pectori, sed animæ, quo
 „acerbius, eo gloriosius, fuerunt in-
 „flicta; in quo denique fratres habuisti
 „aggressores, & Passionum comparti-
 „cipem, quod jure sperabas ultorem.

„De hoc utique ego semper in Do-
 „mino gloriabor, quia hæc est vera
 „fraternitas; & si gloriari oportet, quæ
 „infirmittatis meæ sunt, gloriabor gau-
 „dens, quod nos infirmi, illi autem
 „potentes. Atque utinam sicut fui
 „contumeliarum particeps, ita sim &
 „Præmii per virtutem illius, qui pro
 „peccatis nostris seipsum obtulit ho-
 „stiam immaculatam in abundantia mi-
 „sericordiæ, & est merces nostra ma-
 „gna nimis ex dono promissionis.,,

Sæc. XVII.

A. C. 1706.

„Gaudemus igitur in hac fainte
 „expectatione, in multo tamen fatore
 „experimento tribulationis, est gra-
 „dium meum, cum cogito ad grave
 „difficultates in hac Missione aucti-
 „Evangelicæ prædicationi & Apo-
 „licæ Sedis mandatorum executioni
 „ex temere ibi gestis & ab Imperatore
 „procuratis, super quibus non habeo
 „requiem spiritui meo, quamvis nihil
 „mihi in his conscius sim. Ea enim quæ
 „ad religionem, ad causam Dei (a qua
 „tua est indivisa) atque ad Pontificatus
 „potestatem spectant, corde satis impu-
 „vido, ni fallor sustinui, quantum mea
 „fragilitas, & rerum conditio permit-
 „tunt, quæ mea sunt, contempsi, quæ re-
 „quæ meæ, omnibus notum est, quantum
 „pro meo munere obeundo, sim paratus
 „suis. Jam vero desperate agentium
 „furorem quæ rationum vis, quis potest
 „næ timor, quæ potestas cohibere
 „leat? Omnia perperam adhibui.
 „infigendis censuris abstinuisse non
 „pœnitet; saltem ut in illius cedat
 „dorem, qui haud pridem ex causis
 „longe levioribus, quam ipse sit reus
 „fratres suos ejusdem Societatis vitæ
 „dos enuntiare præsumpsit usque
 „aulæ Peckinensis murmurationem
 „derisum, qui in suos semper latrat
 „cum jam in alios dentes acueret,

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

„catulo ab Imperatore merito fuit com-
 „paratus. Sed potissimum, quia rei
 „Christianæ hujus Missionis in tanto
 „discrimine positæ ne quid deterius con-
 „tingeret, mansuetudine magis quam
 „pœnæ rigore erat consulendum. Omnia
 „liquidem quemadmodum Dominatio
 „tua experta est, effrenate ad Imperato-
 „rem deferebantur, ubi crimina tutum
 „inveniebant sub tanto Patrono Præsi-
 „dium, per fas & nefas eos defen-
 „dere volente, per quos periculum im-
 „minebat, prout sæpius a regiis præ-
 „fectis audivi declaratum, per vim sol-
 „vuntur jura regiminis, nullaque po-
 „testas, ubi nulla vivendi ratio, & cum
 „hujusmodi naturæ hominibus patien-
 „tia vincendum est, animadversio quip-
 „pe utilior plerumque graviorque red-
 „ditur cunctatione; At vero emenda-
 „tionem quæramus, non pœnam. Ro-
 „gamus Dominum Messis, ut alios mit-
 „tat Operarios in vineam suam, vel
 „ipsum, si sperare licet, ad meliorem
 „revocet frugem. Non clamemus,
 „utinam abscindantur, qui nos conturbant,
 „sed potius oremus Deum, ut nihil
 „amplius mali faciant, non ut probati
 „appareamus, sed ut boni ipsi effi-
 „ciantur.

„Interim vero absens quidem cor-
 „pore, sed spiritu præsens ad Domina-
 „tionem

Hh 5

Sæc. XVII. „tionem tuam invidis gratulationibus

A. C. 1706. „convertor, de hoc quod ex adeo jub

„caussa pro gloriosa scilicet Ecclesia

„non habente maculam aut rugam

„violenter detineatur, non tam ad su

„plicium, quam ad coronam. Nos

„etenim seu protracta occasio fortis

„dinem suam probandi æmulatione

„tius digna est, quam commiseratione

„Ego sane vehementer optarem ibi

„esse Adjutorem & non minus pot

„num socium, quam consolatione

„quæ abundat in omni tribulatione

„stra per Christum, pro quo, licet

„dignus, legatione fungor. Ac p

„pterea invideo sortem Joannis Cate

„chistæ, Viri de Missionariis jam p

„dem bene merentis, qui pro me

„tentioni Dominationis tuæ fuit

„auctus, ut injuriæ fierem confors

„meriti: libenter tamen audio de

„quod hæc constanti animo

„exemplo Dominationis tuæ pro

„dubio confirmatus. quandoquidem

„mitatis virtus in hujus Missionis

„phytis perquam raro invenitur. Et

„plurimum saluto in Jesu Christo,

„charitati tuæ commendo. „

„De cetero confortamini in Domi

„& in potentia virtutis ejus corrob

„mini; nam vereor, ne plures ad

„& quidem graviores Dominatione

„tuam expectent tribulationes, cum Sæc. XVII.
„modo ea sit ibi inter amaritudines A. C. 1706.
„omni humano solatio destituta. Sed
„jam non est parvulus fluctuans, qui
„circumferri possit omni vento Doctrinæ
„in nequitia hominum, & in astutia ad
„circumventionem erroris, & fidelis
„Deus non patietur Eam tentari super
„id, quod potest, sed facere etiam cum
„tentatione proventum, ita ut ea ma-
„jori, qua inter catenas Apostolus ute-
„batur scribendi libertate, dicere poterit
„Dominatio tua: *Charissimi, nolite ju-
„gum ducere cum infidelibus*, nolite noxiis
„eorum operibus assentiri; nolite dare
„ullam offensionem, ut non vitupere-
„tur Ministerium nostrum. Et utinam
„in sancta & religiosa animi simplici-
„tate hæc audirentur ad correptionem,
„non ex invidia sed ex charitate pro-
„lata? Verum quis etsi auctoritate pol-
„lens, eos monere potest de peccato,
„quin statim hostis reputetur, & ex eo
„damnabilis? Omnis igitur fiducia no-
„stra est per Christum, a quo nos spero
„futuros innoxios, quemadmodum a
„tantis periculis nos eripuit & eruit,
„& in quem speremus, quoniam &
„adhuc er piet, adjuvantibus vobis in
„orationibus pro Nobis: in meis, etsi
„ex infirmitate contemptibilibus non
„cessabo memoriam vestrum habere;
„&

Sæc. XVII. „& hic interim in osculo sancto fratrum
 A. C. 1706. „amoris Dominationem tuam am-
 „plector. „

§. CXXIII.

*Duo Jesuitæ ab Imperatore Romano
 ablegati.*

*Vid. supra
 pag. 334.*

Sub idem tempus Imperator ad Jese-
 tarum preces PP. Barcosium, &
 Beauvoillerum Romam ablegabat, ut
 Pontificem ad revocandum suum de-
 cretum contra Sinenses ritus editum
 novumque juxta Societatis mentem
 promulgandum inducerent, & qua-
 vis, ut memoravimus, ipsemet Imp-
 erator Sabinum Mariani a Turnonio re-
 minatum ad dona summo Pontifici
 Romam perferenda selegisset, & P. Bo-
 vetus duntaxat velut Interpres huius
 Legatum comitari permissus esset, ni-
 hilominus idem Pater se solum tanquam
 Legatum ab Imperatore decretum esse
 dicebat, atque a Sabino claves, & re-
 stamque, cui dona erant inclusa, rece-
 tebat: utrumque vero, jubente Tur-
 nonio, restituit Sabino: ubi vero am-
 Peckino Cantonum pervenerant, Mar-
 darini Bouveto velut primario Imp-
 eratoris Legato præcipuos deferenda
 honores. Hoc comperto Turnonio
 Bouveto in mandatis dedit, ut Legatum